Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Adam Petri Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Visual Library

quæ nullius ingenium, nullius eruditionem, nullius diligētiam, nullius ſancti
moniam, nō in multis partibus fallat & ſuperet, atq; cū omnibus etiā paruulis
ſit expoſita ad ſatietatem uſq;, magnis tamen ſemper ſepoſita eſt ad eſuriem.
Vt ueriſſime & ſapientiſſime dixerit Gregor. Scripturam eſſe fluuium, in quo
agnus peditat & elephas natat. Nec in ea fœdius nec pernicioſius errauerunt,
ꝗ qui ſe nihil in ea erraſſe præſumpſerūt, Nec fœlicius & ſalubrius in ea profe
cerunt, ꝗ qui timuerunt ſe in omnibus errare. Sapiētia eni eſt, cuius principiū
timor dei, quæ intellectum dat paruulis, & ſapiētiam ſapiētum reprobat. Qua
re meos errores ſic iudicet frater meus quiſq;, ut ſeſe etiā alicubi errare non du
bitet, ne forte ſupbus nuſq; non erret, porrigamus potius ſummis uiribus mu
tuas operas in domino, præſertim in ſcripturis ſanctis tractandis, etiā ſic erro-
res non euademus, donec in uita hac ſumus immunda. Solus hic ſe glorietur
nō errare in ulla parte, q ſine peccato fuerit in hac uita. Vale Chriſtiane frater,
& gratia Chriſti ſit tecum, AMEN.

ADAM PETRI
LECTORI.

LVCVBRATIONVM OMNIVM LVTHERI IN PSAL-
TERIVM FINIS, nam diabolus Rhomanenſium miniſterio, eū a tam
ſanctis laboribus abripuit, ſed hoc aſtu ſeipſum, ut ſemper, fallit, alia enim per
eum diuinæ bonitati placuit agere, & ſatis in Pſalterium laborum exhauſit,
nam ita aperuit tibi ianuā, & induxit te, ut iam ſine pædagogo liber in eo paſ-
ſim uerſari, & ſine cortice tutus nare poſſis, ut nō magnopere optandū ſit huc
Lutherum, iam alijs, agitante ſpiritu Chriſti, occupatum, redire. Oremus mo-
do omnes ut impleatur in eo uoluntas domini, qui ponit terminū flucti-
bus maris, id eſt impiorum furoribus. Vale, & eme in uno illo omnes
omnium in Pſalterium Commentarios. Te, optime lector, non
deterreat ab hoc, ꝙ Lutherus alicubi uehementior eſt, Nihil
eſt hic uel ſeditioſum, uel ꝙ cuiq; noceat, alias ego non
impreſſiſſem, qui Eccleſiæ tranquilitatem om-
nibus meis bonis redimere, ſi poſſem, nō
dubitarem. Ex ædibus meis, men-
ſe Auguſto Anni Viceſi
mi primi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN